Sala 5
Gab. –
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500922

Sale

1822

# THESES
## *EX*
## *UNIVERSA MEDICINA DEPROMPTAS,*

QUAS

SUB PRAESIDIO

PRAECLARISSIMI AC SAPIENTISSIMI

D. D. FRANCISCI DE SOUSA LOUREIRO,

INSTITUTIONUM MEDICO-CHIRURGICARUM
PROFESSORIS P. O.,

IN GYMNASIO
CONIMBRICENSIS ACADEMIAE

*INTEGRA DIE* 18 *HUJUS MENSIS*

PROPUGNANDAS OFFERT

EMMANUEL ALBERTUS DA CUNHA MACEDO.

b2453550З

INAUGURALI DISSERTATIONI

AMPLISSIMI AC SAPIENTISSIMI

MEDICORUM ORDINIS

DECRETO,

ARGUMENTUM PRAEBET:

*A prava rectave Reipublicae administratione et gentium mores, et ingenium, et temperamentum, physicave constitutio efformari, vel immutari possunt.*

*Philosophia ad scientias producta.*

BACON.

*Ex Anatomia, Operationibus Chirurgicis, et Arte Obstetricia.*

I.

COrdis nervorum distributionem, et originem, nunc temporis satius notam, demonstrabimus.

II.

Fibram muscularem nervorum esse continuationem non admittimus.

III.

Arteriae dentalis inferioris descriptionem a Cl. Bichatio institutam, cum Serresio, imperfectam opinamur.

IV.

Dentalium Glandularum, nuperrime detectarum, existentia procul dubio esse videtur.

V.

Inter foetus, et uteri vasa sanguinea anastomosim negamus.

VI.

Nervorum fabrica, et dispositio in variis corporis regionibus, varia.

VII.

Cavernosa penis corpora vere vascularia cum aliquibus existimamus.

VIII.

Synchondroseos ossium pubis disjunctionis exitus adeo incerti, ut Caesarianae operationi minime praeferri possit.

IX.

In aneurismatum operatione, arteriae inter vincula mediae sectio, ab aliquibus denuo proposita, inutilis.

*Ex Medicis Institutionibus, atque Chirurgicis.*

I.

AD humanam Physiologiam anatomes comparatae cognitio summopere utilis.

II.

Vis humanae constitutionis efficiendis ideis, moribusque instituendis minime dubia.

III.

Sensationum doctrina, morumque fortasse a Physiologia deducenda.

IV.

Causam motus cordis, quidquid post alios Cl. Hallerus, nervis cordiacis inesse certum est.

V.

Calorem animalem nervi moderantur.

VI.

Umbilicali funiculo, ore minime, foetus nutritionem haurit.

VII.

Sanguis arteriosus homogeneus, venosus minime.

VIII.

Praesagia a respiratione, quam a plerisque functionibus, desumpta certiora.

IX.

Symptomatum investigatio, quidquid Bruno, perutilis.

## *Ex Materia Medica, atque Pharmacia.*

I.

In scrutandis medicamentorum viribus Botanices, et Chemiae notiones auxilia praestant.

II.

In concinnandis formulis plurium simplicium copulatio vitanda.

III.

Tartris potassae stibiatus, amaris, atque adstringentibus commixtus, vim emeticam satis amittit.

IV.

Actio frigoris primaria semper sedans.

V.

Emetina, principium vegetabile immediatum nuperrime adinventum, eisdem virtutibus atque Ipecacuanha non fruitur, ut indiscriminatim praescribantur.

VI.

Quaedam organa per quaedam medicamina praecipue adficiuntur.

VII.

Cortex Peruvianus, decoctioni perdiu subductus, virium jacturam patitur.

VIII.

Oxydorum mercurii virtus anti-Syphilitica non tantum ex oxygenio.

IX.

Virtutem Cinchonae febrifugam unico principio immediato non inesse defendimus.

*Ex Therapeutica Medica, atque Chirurgica.*

I.

SCientiis moralibus, et politicis maxima auxilia Medicina praestare potest.

II.

Inter pleuritidem, et peripneumoniam discrimen fallax, vel saltem difficillimum.

III.

In typho aquae frigidae adfusio, quibusdam rationibus habitis, praestantissima.

IV.

Excrescentiae a lue venerea ortae interne curandae.

V.

Discrimen inter febres essentiales, et symptomaticas vere positum.

VI.

Vitales vires nunc, apud Hippocratem olim natura, in morbis idem sonant.

VII.

Psora a quodam insecto ex ingenti acarorum familia originem ducit.

VIII.

Verae vaccinae insitio, recte peracta, usu frequentissimo digna.

IX.

Misso in vera pneumonia sanguine, vesicantia utilissima.

X.

Intermittentium causa nec semper paludum exhalationes.

XI.

Cinchonae cum opio copulatio ad curandas intermittentes perniciosas aliquando necessaria.

XII.

Febrem intermittentem vere inflammatoriam esse negamus.

XIII.

Syphilis absque praevia laesione topica totam oeconomiam infestare potest.

XIV.

In capitis vulneribus, et commotionibus venae sectiones, atque nauseam moventia summopere conferunt.

XV.

Vulnerum unio per vasorum inosculationem adeo improbabilis.

XVI.

Sedes doloris sedem morborum non semper indicat.

XVII.

Scirrhosae fabricae studium a recentioribus tentatum sat proficuum.

## XVIII.

*Ex Hippocratis Aphorismorum Libro.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Sectio | 1 | Aphor. | 6 | *Extremis.* |
| . . . . | 1 | . . . . | 8 | *Quando.* |
| . . . . | 3 | . . . . | 23 | *Hieme.* |
| . . . . | 5 | . . . . | 18 | *Frigidum.* |

CONIMBRICAE,

TYPIS ACADEMICIS : A. D. MDCCCXXII.

PRICE
PRICE
1 23456 78900 5